



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Controversiarvm Omnivm Hvivs Ævi
Lvthero-Calvinisticarvm Libri Tres**

Coppenstein, Johann Andreas

Mogvntiæ, 1627

XCIII. An ieunium sit Dei cultus Meritorius, & Satisfactorius?

urn:nbn:de:hbz:466:1-35233

aut transgressor. Neque hoc ratione *Et prius à Deo veniam petuit, quam*
scandali aut contemptus, vt finxit Melanchthon: nā hic & illud legediu-
na prohibentur, non ecclesiastica
vt ieiunium tempore isto tali. Qui au-
tem tempore prohibito comedit car-
nēs absque Ecclesiæ contemptu, is
peccat ratione temperantiae lēsæ, quę
lege diuina & naturali præcepta est.

Dico AD I. Iræneus non dicit, fuis
se qui cum Episcopo Ro. legē de ieiuni-
nio ferre vellēt; sed monet Victorē, dis-
similitudinem ecclesiæ in celebrando
Paschate esse tolerandam; sicut illa in
ieiunando. Deinde: non erat tunc que-
stio de Paschatis & ieiunii lege; sed de
Oriente & Occidente, an eadem lex
utrobique seruanda esset. Demum: Nō
erat quæstio de substantia, essetne ieiuni-
um & Pascha seruandum; sed de
accidente temporis.

AD II. Vocem *primus* addiderunt
Eusebio hæretici. Et Tertullianus nō
*dicit Montanum *primum* leges ieiuniū*
*fecisse; sed *nouas* addidisse; docetque*
ante Montanum fuisse ieiunium qua-
dragesimæ. Et S. Hieronymus arguit
Mōtanum quod tres quadragesimas
excogitarit: idque ait Theodoretus,
præter Ecclesiæ morem. Demum: hac
in causa nulla est autoritas Montani-
stæ Tertulliani, morem Ecclesiæ hæ-
reticè impugnantis; non ciborum de-
lectum, aut huius meritum; sed suas
leges esuriales statuentis.

AD III. Cuius licet tempore ieiuniū edere carnes, ita iubente nece-
sitate aut caritate. Sic Spiridion fecit.
Dein: hic nil cibi habuit præter car-
nes fumatas; quod, solitus dies plures
ieiunare, tunc panem non parasset,

Et hospes recusauit carnes,
Christianus sum, dicens. Cui Spiridion:
Omnia munda mundis Christianis; scil.
tali in necessitate. Iac imitentur No-
uatores. At ea silent.

QVÆSTIO XCIII.

An ieiunium sit Dei Cultus Meri-
torius, & Satisfacto-
rius?

LUTHERANI, ut Melanchthon in Conf. Aug. 26. Brent. in Conf. VVirtemb. de iei. Kemn. p. 4. Eu pag. 420. cum Iouiniano docent, Ieiunia, cibora que delectum ad salutem prodeſe nibildum quam.

CALVINIANI ex Caluino Inst. 4. cap. 11. b Kemn. volunt utile ieiunium carnis coe-
da, orationi adiuuandæ, humiliationi, po-
nitentia. &c. At nihil ad placandum Deum
imperandum auxilium, aut præmium pro-
merendum.

SVADENT istis. 1. Brentius. I. 3. p. 8. Nu-
*quid tale est ieiunium, quod elegi, per diem affig-
*animam? Nonne hoc est magis tuu. Dissolutori-
gationes impietatis. Kemn. ex Ier. 14. Erasmius
*non exaudiam.***

2. Calu. Ioel. 2. Scindite corda vestra, &
vestimenta vestra.

3. Melanch. 1. Tim. 4. Exercete ad pietatem
corporalis enim exercitatio ad modicum valit, &
est, ieiunium ait S. Ambr.

4. Kemn. Allegata Pharisæi ieiunia Di-
*minus Luc. 18. comparavit vestibus detriti,
*quies nouitas Euangeli non conuenit.
*Matth. 9.***

5. Kemn. Ad Col. 2. arguuntur electi
*religiones, corpus macerantes. Huc afferunt
*(mala fide) S. Patres apud Bell. 1. 5. 13.**

AVTOR. Ieiuniū fructus sunt plures
iuxta Ecclesiæ Præfationem, Corporal-
*ieunio virtus comprimitis. mentem elevat,
virtutem largiris & præmia. Sic & S.
*Ambro.**



Ambrosii hymnus: *Carnis terat superbiā potus cibique parcitas.*

Nec dicimus, ut affingit nobis Kēnitius, iejunium per se absque relatione ad pium finem, esse ex opere operato cultum Dei meritorium & satisfactorium: Nam per se dicit abstinentiam, estque res media, non virtus: at respectu finis pīj est virtus, & actus elicitus, Temperantia. *Dein opus operatum pender ex instituto Dei; non ex metito cuiusquam, vti vis ieuhij ex deuotione dependet, vt Satisfaciat, Mereatur, & Impetrat: teste S. Scriptura, in meo Antichristo p. 4. q. 46.*

2. Ita & S. Patres.

INSTAT Calvinius in Harm. Mat. 6. Non eadem est iejunij, quæ orationis vis: cum hæc sit Dei cultus praeceptor, at illud, res media; ideo datur merces orationi per se, iejunio nō per se, sed ratione orationis.

Dico. Omni operi bono debetur merces de congruo; ergo & iejunio, quæ ex electione, seu institutione suscipitur cum fine salutari: testibus innumeris exemplis & Patribus.

INSTAT Kemn. i. Patres rhetoricantrur, exaggerationibus suis ad iejunia homines inducuntur; ut loquantur hortatoriè magis quam vere, teste Chrysostomo.

2. Analogicè tribuunt iejunio, ut causæ remotæ, quod conuenit orationi, aut penitentiae, quibus seruuntur iejunia.

DICO AD I. Adeon' omnes rhetorice, nullus verè loqueretur? S. Chrysostomus, *de compunct. cordis*, reprehendit tales rhetoricanter; at non S. Patres.

AD II. S. Patres distinctè omnia docent; iuuari orationem iejunio, placari Deum, impetrari beneficia, satisfaci pro peccatis; ut analogiæ locus, esse nullus queat.

DICO AD SVASIONEM I. istis Dominus declarat, placere sibi iejunium, cui iuncta est iustitia virtutis; quantum displicet iejunium iniquorum. Ergo Nunquid hoc est iejunium, subaudit S. Hieron. solum.

AD II. Nil ad rem: nam scissio vestium non est iejunium, sed contritionis signum.

AD III. S. Ambr. id sic exponit: Ieiunium sine eleemosyna *ad modicam utilitatem* est; at misericordia *ad omnia*. S. Chrysostomus, *verò, ceteraque rectius ita: Corporalis exercitatio*, sc. athletica corpori roborando: at exercitatio pietatis ad roborandum spiritum, *ad omnia utilis est*. Est igitur comparatio vtriusque gymnasii, nullaq; mentio de iejunio. Quod quemadmodum *ad modicum valere* dicaret, cum id toties & tantopere com menderet?

AD IV. Pharisæus non ideo iustificatus nō est quod iejunaret; sed quod superbe se exaltaret. Et Mat. 9. iejunium nouis vestibus comparatur, non detritis.

AD V. Col. 2, reprehenditur ἀπελογία, id est cultus voluntarius sed irrationabilis, ideoque superstiosus; qualis non est iejunium, ut poterat rationabile obsequium. Agiturque ibi de immoderate iejunantibus; item contra fingentes, esse cibos aliquos ex se immundos.

QVÆSTIO XCIV.

*An iusta sit Origo, Varietas, & Ratio
Institute Quadragesimæ?*

LUTHERANI AC CALVINIANI contendunt:
Quadragesimam, post Apostolorum tempora, ex:

